Ao. m°. lxiij°. verbum fuit Generosa. et verū fuit aureus nūs. et litera dominicalis fuit. b.

Ad beatam virginē mariam vt subueniat in hora mortis.

1 Rogo te o virgo gloriosa Maria per illam magnificentiā qua te exaltauit pater in diuinis. vt sis potentissima super omnem creaturam Miserere mei nunc et in hora mortis mee Am. Aue ma.

1 Rogo te o virgo gloriosa Maria per illam irradiationē qua te illuminauit filius in diuinis. vt sis sapientissima super omnē creaturam Miserere mei nūc et in hora mortis mee Am. Aue maria

1 Rogo te o virgo gloriosa Maria per illam bonitatem qua te repleuit spiritus sāctus. vt sis optima super omnem creaturam Miserere mei nunc et in hora mortis mee Amen. Aue maria.